



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

De annis hominum ante diluuium, contra Plin[ium] ca.xxxviii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Secundus

ret, ne plongeretur simul cum vita miserias, debuisse autem potius illos quam nos tam diu in vita esse sic probatur, quod videlicet nulla predecessorum inventa, nullas artes, nullas scientias tunc habentes oportebat longis experimentis ea perdiscere, quae nos ex aliorum scriptis, et ex maiorum nostrorum lucubrationibus facile et compendiose docemur. Reducta est tandem communis vitae humanae summa teste David in psalmis ad annos septuaginta, et in eodem adhuc statu perseverat

De annis hominum ante diluivium § Plinius Ca. xxxviii

Axis pater illos primi saeculi annos fuisse nostris pares et pauciores, tanto scilicet quanto lunaris solari est brevior. David enim de annis loquens a suae gentis more qui descendit a Moysse non recessit: Plinius in septimo naturalis historiae libro cap. xlviii. sic de annis inquit. Annus aliiestate unum terminabatur, aliter hyeme, alii quadrimestris temporibus, ut Arcades, quorum anni trimestres fuere, quidam lunenseio, ut Aegyptii. Itaque apud eos aliquid singula annorum milia vixisse possunt, sic Plinius. Quibus ipsis ostendit se putare annos qui primis patribus tribuuntur fuisse menses. Verum haec existimatio per se satis exploditur, longe enim plus nos viveremus, quam illa mundi adhuc recentis antiquitas, nam centum annis mille ducenti menses includuntur, qui numerus annorum nulli illorum ascribitur, sed quod evidenter argumentum esse potest, aduersus eos, qui annos Hebraeorum menses dicunt, quos ipse Moyses qui dixit. Uixit autem Malalehel xlv. annis, et genuit Jared, certe si annos pro mensibus accipit: Malalehel quinquaginta annos et totidem menses natus genuisset. quod ut Persius inquit. Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes, Sed de his transunter haec dicta sunt.

Quod vita humana non sit breuiata Ca. xxxix

Assat in super illorum opinio, qui dicunt vitam humanam esse breuiatam. Nam si tempore David idem, quod modo est spatium vitae fuit, quomodo dicemus in dies vitam breuiari? Et quod inter David et nostram hanc aetatem annorum duo milia quingenta, et eo amplius intercesserunt, quo tempore cursu longissimo manifesta vitae breuiatio facta esset. Quod si dicas usque ad ceterum annum.